



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 2. Buceri judicium circa novam Liturgiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. linquerent intacta, partim ut hac indu-
C.A. 1551. gentia quosdam Episcopos eo facilius
 ad sua pertraherent studia, partim ne
 populum, qui adhucdum in avitam
 Religionem propensum conservabat ani-
 mum, magis magisque irritarent.

§. II.

*Bucerij judicium circa novam Litur-
giam.*

Burnet. hist. de la ref. d' Angl. tom. 2. l. I. p. 134. Porro circa hoc opus, quod quidam Soc-
 tie Theologus nomine Alessus con-
 cinnaverat, Martini quoque Buce-
 tum adhuc in vivis agentis sententia ro-
 gabatur, isque in responso die quin-
 Januarii dato declarabat, quod hæc le-
 turgia, precesque publicæ ipsi sat lu-
 culenter sacris literis consonæ videan-
 tur; suaderet tamen, ne Chorus in
 Ecclesiis Cathedralibus nimium a po-
 pulo remotus esset, ut & hic Sacri-
 cantis verba percipere valeat. Præ-
 rea monebat, ut veteris disciplinae se-
 veritas, qua scelerati a sacra Commu-
 nione arcebantur, rursus instauraretur,
 atque ad prævertendam superstitionem
 Sacerotalium vestium usus immutare-
 tur: minus vero eidem probabatur,
 quod Sacrae Communionis officium,
 si communicantium nullus adsit, in Al-
 tari recitetur; omnino autem impro-
 babat, quod fideles ad Sacram Syn-

xii

xin nonnisi semel in anno sumendam ad-
stringerentur, hinc populum ad fre-
quentem communionem exhortandum
monebat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

Ex omnibus hisce annotationibus in-
ferebat Bucerus, quod Sacra Eucha-
ristia potius communicantium manibus,
quam ori imponeretur, simulque pre-
ces pro defunctis abolerentur, eoquod,
ut inquietabat ille, sacræ Paginæ nul-
lam de iis mentionem facerent. Postea
statuebat, sacram Baptisma haud am-
plius in privatis domibus esse admini-
strandum, sed potius usque ad publicos
conventus differendum. Damnabat e-
tiam in hujus Sacramenti administra-
tione usum aquæ lustralis, chrismatis,
ac candidæ vestis, nec non exorcismum
potius in meram orationem esse conver-
tendum censuit, voluitque, ut utrius-
que sexus Patroni potius suo, quam in-
fantis nomine responderent, eoquod il-
li hunc infantem doctrinis sacris im-
buendi onus in se susciperent. Præte-
rea circa Confirmationem postulabat, ut
haud amplius infantes Catechismum re-
citare adstringerentur, sed satius con-
firmatio differretur, donec ipsi ad con-
firmando ea, quæ in Baptismo promi-
serunt, sponte sua sese paratos exhi-
beant: de cetero autem Parochi singu-
lis diebus Dominicis Christianæ fidei

Hist. Eccles. Tom. XLII. P. ru-

Sæcul. XVI. rudimenta explicent, & matrimonia in
A.C. 1551. publicis omnium conventibus celebra-
 ri faciant, atque infirmos ungendi usum
 penitus abrogent, quatuor autem vici-
 bus per annum Eucharistiam solemi-
 ritu distribuant. Denique deplorabat,
 quod Ecclesiasticorum tam pauci repe-
 riantur ad docendum populum idonei,
 quapropter huic malo remedium affe-
 cogabat.

§. III.

Gardinerus Viacomensis Episcopus exauditoratus.

Ut autem cuncta, quæ spuriam refor-
 mationem retardare possent, obsta-
 cula removerentur, novaque secta per-
 fector redderetur, Gardinerum Viaco-
 mensem Episcopum sede sua pelli-
 oportebat, eoque is sese recenti huic
 Liturgiæ opposuisset: mox igitur Re-
 nonnullos nominabat Deputatos, qui
 adversus eum judicii acta instruerent;
 Evidem Episcopus contra eos recke-
 mabat, atque ad ipsum Regem provo-
 cabat, imo suam appellationem iteru-
 to interponebat. Ast incassum ceciderunt
 omnia: pronuntiatur adversus eum ex-
 auctorationis sententia, ac confessim ad
 Londinensem turrim abstrahitur, ubi
 usque ad Mariæ regimem hærere com-
 pellitur. Pariter jam anno priori Bon-
 nerus